

Q.N. 371. II.

441

*Index principum pacis composition. europaeae
inde a pace Westphalica*

II m
709

AD
MEMORIAM. SAECVLAREM
PACIS. WESTPHALICAE

ANTE. CENTVM. ANNOS. FACTAE

ORATIONIBVS. PVBLICIS

d. IIII. ID. DECEMBER. A. R. S. cō Is CC XXXXVIII.

CELEBRANDAM

V I R O S

SVMME. AC. PLVRIMVM REVERENDOS. EXCELLENTIS-
SIMOS. PRAENOBILISSIMOS. IVRIS. CONSVLTISSIMOS
EXPERIENTISSIMOS. PRVDENTISSIMOS. QVE

INSPECTORES. SCHOLAE. GRAVISSIMOS
RELIQVOS. QVE. PATRONOS. ET FAVTORES
SYMMA. VI. PAR. EST. OBSERVANTIA

INVITAT

M. IOANNES. GEORGIVS. HAGER

RECTOR.

CHEMNICII

LITTERIS. STOESSELIANIS.

BIBLIOTHECA
TONICAVIANA

UNIVERSITÄT
SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG



Quod differtur, non auferitur. Memoriam pacis, quam dicunt, Westphalicae saecularem eo quidem, quo debebat, die, scilicet XIII. Octobr. pia grataque mente concelebrare nostra decreuerat schola: Gratissimus vero, qui dissipabatur,

rumor de pace aquisgranensi feliciter facienda pietatem retardauit nostram. Neque augurio spes nostra fallebatur. Ipsi enim vigiliis saecularis festi diei pacis Westphalicae aurea, quam omnis fere Europa poscebat, pax aquisgranensis composita est. Antequam vero sollemnitatem in schola nostra instituendam indicimus, praecipuas pacis compositiones Europaeas a pace Westphalica vsque ad pacem praesentem aquisgranensem recensebimus, id quod lectoribus nostris haud ingratum fore putamus.

1648 1. Quod post funestissimum bellum tricenarium omnium votis olim expetitur fuerat, d. XIII. Octobr. A. clō 1648, imperatori Ferdinando III. cum Galliarum rege Ludouico XIII. reginaque Sueciae Christina & imperii ordinibus Monasterii & Osnabrugae cum inter se, tum cum ipso imperatore eis pacis conuentum est, quae publicis tabulis conscripta (a) exstant. Hanc fundamentalem legem imperii *pacem Westphalicam* sequitur

2. Pax inter regem Hispaniae Philippum III. & septem prouincias Belgii confoederatas A. clō 1648, Monasterium transmissa, qua Belgae liberi pronuntiantur. Vid. D. *Georg. Christ. Gebaueri* Grundriß zu einer Hist. der Europ. Staaten. Lips. 1733 4. p. 63.

1649 3. Regis Poloniarum Ioan. Casimiri fortissimus dux Andreas Firley cum Cosacis illorumque duce Bogdano Chmielnizky aduersa fortuna pugnans pacem minus honestam A. clō 1649, inire cogitur. V. *Ioan. Pastorii* Bellum Scythico-Cosacicum, Dantisci. 1649. 4.

4. Pa-

(a) Saepe prodiit haec pax typis exscripta Germanice Lipsiae 1649. 4. quam editionem recudendam curauimus in *Chronico Vniuers. T. IX. p. 552.* Latine extat in *Arcanis pacis Westphalicae, Francof. 1698.* Historiam huius pacis optime conscripsit Ioan. Godofred. a Meiern in *Actis Pacis Westph. in fol.*

4. Pacem vero antea dictam neque Res publica neque rex Poloniae confirmarunt, sed potius bellum contra Cosacos continuarunt illosque prope Beresteczkouium vicerunt, quo facto A. cō 10 cll. Cosaci Bialaczerkiewii pacem a Polonis acceperunt. V. *Ioan. Pasterium* l. c. 1652

5. Bello per aliquot annos cum Anglis gesto Belgae cum protectore Angliae sic dicto Oliuierio Cromwellio A. cō 10 cllm. pacem fecerunt. V. *Leonis ab Aitzema* Historiam pacis a foederatis Belgis ab a. 1621. ad hoc vsque tempus tractatae L. B. 1654. 1654

6. Sueciae regem Carolum Gustauum Poloniam regiamque Borussiae sub suis signis tenentem Danorum irruptio in Sueciam reuocauit. Quos ne impune fecisse permetteret *Carolus Gustauus* Cimbricam Chersonesum occupauit, vnde Danum subitaneo accessu coegit, vt *Rothschildii* d. 18. (28.) febr. A. cō 10 cllm. pacem, quam Suecus postulabat iniret. V. *Theatr. Europ.* T. VIII. p. 735. *Pufendorf.* Hist. Caroli Gustauo L. v. §. 12. 1658

7. *Pax Pyraenea* d. 7. Nou. A. cō 10 cllx. facta bello inter Philippum III. regem Hispaniae & Ludouicum XIII. regem Galliae gesto finem imposuit. V. *Petri Axen* Hist. pacis Pyraeneae Lips. 1667. 8. 1659

8. *Pax Oliuensis* inter Carolum XI. regem Sueciae, ab vna, & Ioan. Casimirum Regem Poloniae eiusque foederatos & belli socios Leopoldum, Imperatorem, & Frid. Wilhelmum Elect. Brandenb. ab altera parte A. cō 10 cllx. d. 23. Apr. (3 Maii) conclusa Oliuae latine & Germ. legitur in *Ioan. Iac. Zinckii* Ruhe des icztlebenden Europae, Coburgi, 1727. 4. P. IV. p. 399. 1660

9. Hanc excipiebat *Pax Hafniensis* inter Carolum XI. regem Sueciae & Fridericum III. regem Daniae A. cō 10 cllx. d. 27. Maii facta V. *Memoires du Chevalier Terlon* II, Tom. à Paris 1681. 8. 1661

10. *Zaporouensis pax* inter Ioan. Casimirum Regem Poloniae & Cosacos A. cō 10 cllx. concilauit amicitiam.

11. *Cardisensis*, quam Carolus XI. rex Sueciae & Rufforum princeps Alexius Michaelowiz A. cō 10 cllx. d. 21. Iun. fecerunt, pax amicitiam bello ruptam restituit. V. *Gebauerum* l. c. p. 345. 361. 1662

12. *Pax* A. cō 10 cllm. d. 16. Sept. inter Leopoldum Imperatorem & Turcarum Imperatorem Mahomethum III. cessatio belli ad XX. annos potius, quam pax fuit. 1664

13. *Pisae*, A. cō Iō CLXIII. pacis condiciones admodum duras accipiebat Pontifex R. Alexander VII. a Ludouico XIII. Galliae rege. V. Memoires de Mr. Ioli Conseiller au Parlement, à Amstd. 1718. 12.
- 1666 14. Pari modo Episcopus Bernhardus a Galen pacem A. cō Iō CLXVI. a Belgis praescriptam inire Borcklounque reddere cogitur.
- 1667 15. *Pax inita Bredae* A. cō Iō CLXVII. proeliorum inter Anglos, Belgas & Gallos finis erat. V. Beschryving der Nederlandse Historienningen door Gerard van Loon. Tweede Deel in 't Gravenhage 1726. fol.
- 1668 16. *Pax Aquisgranensis* A. cō Iō CLXVIII. Ludouicum XIII. regem Galliae & Carolum II. regem Hispaniae inter se reconciliat, Articulus huius pacis vide in *Theatr. Europ.* T. X. p. 762.
- 1670 17. Induciae Andrechzowii & Bodjaheci A. cō Iō CLXVII. a Polonis, Russis & Cosacis factae mutantur A. cō Iō CLXX. in pacem. V. *Gebauerum* p. 361. 388.
- 1673 18. *Pax Vossensis*, a Vosse vico prope Louanium Brabantiae dicta, A. cō Iō CLXXIII. inter Ludouicum XIII. & Frid. Wilhelmum Elect. Brandenb. describitur a *Du Mont* dans ses Memoires pour servir à l'histoire de la Paix T. II. p. 75.
- 1678 19. *Nouiomagensis Pax*, facta A. cō Iō CLXXVIII. & cō Iō CLXXIX. cruento bello inter Ludouicum XIII. regem Galliae illiusque socios Anglos, Suecos, Electorem Moguntinum episcopumque Monasteriensem & inter Belgas illorumque socios Rom. Imperatorem, regem Hispaniae, Daniae, Electorem Brandenb. ducemque Luneburgensem ab A. 1672. 1679. gesto finem imposuit. Eodem enim hoc anno 1679. *Pace Fontibelliquensi* amicitia inter Danos & Gallos; *Pace Lundinensi* inter Danos & Suecos, & *pace in Gallis ad sanum St. Germani* inter Gallos & Electorem Brandenburgicum restituta est. V. *Recueil des Traités de Paix* T. IV. p. 334. *Theatr. Europ.* T. XI. extr. *Actes & Memoires des Negotiations de la paix de Nimegue* IV. Tomes, à la Haye 1697. 12.
- 1697 20. *Nouiomagensis pacem* non diu seruauit Ludouicus XIII. rex Galliae, sed Germaniam iterum inuasit bello, vexauit, vastauit. Tandem A. cō Iō CLXCVII. *pax Ryswicensis* tranquillitatem Europae reddidit. Paciscentes erant rex Galliae ab vna, Leopoldus Imp. Wilhem. III. rex Angliae, Carolus II. Rex Hispaniae & Belgae ab altera parte. Victor Ama-

Amadeus, dux Sabaudiae ante pacem Ryswicensem cum Rege Ludovico in gratiam iam redierat. V. *Actes & Memoires des Negociations de la Paix de Ryswick IV. Tomes*, à la Haye, 1699, 12.

21. *Pax Carlowicensis* inter Mustapham II. Turcarum imperatorem & Petrum Alexiowizium, Russorum magnum ducem A. cō 1698
25. Dec. facta legi potest apud *Zinckium* l. c. P. III, p. 127. Hanc excipit

22. *Pax Carlowicensis* inter Leopoldum Rom. imp. & Mustapham II. 1699
Turc. Imp. A. cō 1698, d. 26. Ian. inita extat in *Zinckio* l. c. P. III. p. 125. Eodem tempore & loco cum Polonis & Venetis pacem inierunt Turcae. V. *Zinckium* l. c. P. III. p. 1171. 1159.

23. Anno cō 1699, d. 18. Aug. *pace Trauembalensis* dissensio inter regem 1700
Daniae & ducem Holsatiae composita est. V. *Zinckium* l. c. P. IV. p. 239.

24. Anno cō 1699, d. 14. Sept. *Pax Altranstadiensis*, inter Carolum XII. regem Sueciae & Frid. Augustum regem Poloniae conclusa 1706
est. V. *Zinckium* l. c. P. IV. p. 61.

25. Altera *pax Altranstadiensis* inter Iosephum Rom. imperatorem 1707
& Carolum XII. Suecorum regem A. cō 1699, d. 22. Aug. inita est. Articulus illius vide in *Zinckio* P. IV. p. 80.

26. Conditiones pacis futurae inter Rom. imperat. Iosephum, regem 1709
Angliae & Belgas A. cō 1699, d. 28. Maii Hagae Comitum quidem proponuntur, sed a rege Galliae non probantur. Vide illas apud *Du Mont* T. VIII, P. I. p. 234. *Theatr. Europ.* T. XVIII, p. 198. *Zinckium* l. c. P. I. p. 571.

27. *Romae* A. cō 1699, d. 19. Ian. Romanorum imp. Iosephus amicitiam Pontificis R. Clementis IX. pace composita, sibi comparavit. 1711
V. *Memoires pour servir a l'histoire du XVIII. Siecle* par Mr. de *Lamberty* T. V. p. 245. *Theatr. Europ.* T. XVIII. p. 254.

28. Conditiones pacis Hagae propositas rex Galliae ab initio probat, deinde reiecit in monte S. Gertrudis A. cō 1699, d. 2. Ian. V. 1710
Memoires & Negociations secretes de diverses Cours de l'Europe par Mr. de *la Torre* T. V. p. 234. *Theatr. Europ.* Tom. XIX, p. 181. *Zinckium* l. c. P. I. p. 270.

29. Inter Turcarum imp. Achmet, Chanum & Magnum ducem

Rufforum Petrum Alexiowizium A. cō 1600, d. 1. April. concluditur & anno sequenti confirmatur Constantinopoli pax. V. *Zinckium* l. c. P. III. p. 1236. seq.

- 1711 30. *Pace Viennensi* A. cō 1601, d. 27. Maii inter Eleonoram Magdalenam & Hungaros inita Hungariae tranquillitas restituitur. V. *Zinckium* l. c. P. III. p. 1197. *Du Mont*. l. c. T. VIII. P. I. p. 1269.
- 1712 31. *Belgae* A. cō 1601, d. 18. Jun. cum Algerianis pacem ineunt. *du Mont* T. VIII. p. 292, *Zinckium* P. III. p. 1257.
32. *Pacem Arouiensem* A. cō 1602, d. 9. & 11. Aug. factam praeulerunt Heluetii bello. V. *Zinckium* P. I. p. 436. *Lamberty* T. VII. p. 655. *Du Mont* T. VIII. P. I. p. 306.
- 1713 33. *Pax Traiectensis*, cum Gallis, Anglis, Belgis, Lusitanis, Sabaudis, Hispanis, Borussia A. cō 1603, d. 11 April. signata est. V. *Actes Memoires & autres Pieces concernant la Paix d'Utrecht, VI. Tomes à Utrecht 1714. 1715. 12. Zinckius* l. c. P. I. p. 127. seqq.
- 1714 34. *Pax Rastadensis* per Eugenium & Ducem de Villars media inter 6. & 7. Martii nocte A. cō 1604, imperii nomine signatur & ab imperatore, imperio atque Gallorum rege non solum ratihabita, sed etiam per pacem *Badensem* apud Heluetios 12. Septemb. fuit confirmata. V. *Historie Rastädtscher Friedenshandlung, Iena 1714. 8. Fabri Staats-Cantzley* T. XXIV. *Zinckium* l. c. p. 283; 373.
35. *Rorschachiensis Pax* de A. cō 1604, lites inter Heluetios componebat.
- 1715 36. Hispania & Lusitania A. cō 1605, d. 6. Febr. *pacem Traiecti* componunt. V. *Zinckium* l. c. P. II. p. 969. *Staat Son Porringall* T. I. p. 338. *Du Mont*. T. VIII. P. I. p. 444.
37. *Vvarsoviae* A. cō 1607, d. 1 Febr. Poloni Confoederari cum foederato milite Saxonico conueniunt. V. *Zinckium* l. c. P. IV. p. 535.
- 1718 38. *Pactione Badensi* A. cō 1608, d. 15 Jun. Tiguri & Bernenses cum Abbate sani S. Galli transigunt. V. *Zinckium* l. c. P. I. p. 441. *Theatr. Europ.* T. XXI. p. 469. *Schmausii Corp.* I. G. Acad. p. 1680.
39. *Pax Passurovicensis* A. cō 1608, d. 21 Jul. inter Romanorum & Turcarum imperatores; & eodem die inter Turcas & Venetos confecta est. V. *Zinckium* l. c. P. III. p. 1045. 1097. *Fabri Staats-Cantzley* P. XXXII. p. 641. *Du Mont* T. VIII. P. I. p. 520.
- 1719 40. Ulrica Eleonora regina Sueciae & Georgius I. rex Magnae Britanniae A. cō 1609, d. 9. (20.) Nouembr. *Holmensi pace* litibus propter ducatus *Bremenensem* & *Vehrdensem* finem imponunt. Exhibet hanc pacem *Zinckius* in Suppl. p. 123.

41. Pax *Holmensis* inter reges Sueciae & Borussiae A. c. 10100000. d. 21. Ian. 1710
& *Fridericoburgensis* inter reges Sueciae & Daniae d. 3. Iul. inita habetur apud *Zinckium* P. IV. p. 465. & 311.

42. Pax *Nystadensis* A. c. 10100000. d. 28. Aug. inter regem Sueciae & Ma- 1721
gnum Moscovie principem facta amicitiam restituit. V. *Zinckium* l. c. P. IV. p. 551.

43. Pax *Viennensis* A. c. 10100000. d. 30. April. inter Rom. imperatorem & 1725
regem Hispaniae conclusa legitur apud *Zinckium* l. c. P. II. p. 889. du *Mont* T. VIII.
P. II. p. 106.

44. Quo facta Pax *Viennensis* inter imperium Romano Germanicum & regem
Philippum V. Hispaniae eodem anno d. 7. Iun. componitur, quam vide apud *Zin-*
ckium P. II. p. 1027. Du *Mont* T. VIII. P. II. p. 121.

45. Pax *Constantinopolitana* A. c. 10100000. d. 18. Apr. inter imperatorem 1726
Rom. & Tripolitanis inita legi potest in *Zinckio* l. c. P. III. p. 1221. Suppl. p. 123. *Lam-*
berly l. c. T. X. in Append. p. 176.

46. Anno c. 10100000. cum Algerianis istiusmodi pacis foedus Romanorum 1727
imperator concludit, quod vide apud *Lamberly* T. X. in Append. p. 177. *Europ.*
Fama P. 295. p. 581.

47. Postquam Romanorum imperator, Hispani, Galli & Angli serio de restau- 1728
randa pace in congressu Cambracensi & Suesionensi cogitarunt, variasque propo-
sitiones Parisiis & Viennae probarunt; tandem Pax *Hispalensis* A. c. 10100000. d. 9. 1729
Nov. inter Hispanos, Gallos & Anglos, quibus & Belgae accedunt, Romanorum vero
imperatore in seio & inuito perficitur. V. Du *Mont* T. VIII. p. 160. *Lamberly*
T. X. in Append. p. 154. *Aetes, Memoires & Negotiations du Congres de Soissons*, à la
Haye 1729. 8.

48. Posthaec Pax Rufforum cum Persis A. c. 10100000. d. 13 Febr. in provin-
cia Gilana facta Europaeis innotescit. V. *Ioan. Hübneri* Suppl. ad A. 1729. p. 346.

49. Tertia pax *Viennensis* inter Carolum VI. imperatorem & Georgium II. An- 1731
gliae regem A. c. 10100000. d. 16 Mart. concluditur, cui etiam rex Hispaniae d. 6
Iun. accedit. V. *Europ. Fama* P. 335. p. 903.

50. Augusto II. rege Poloniae mortuo nouum oritur bellum inter Galliae re- 1735
gem illiusque socios, & Imperatorem Rom. imperiumque Germ. cui probatis Viennae
A. c. 10100000. d. 3. Octobr. propositionibus pace inter Imperatorem, Gallos, Hi- 1736
spanos & Sardos inita A. c. 10100000. finis imponitur. V. *Roussel* Recueil &
T. XIII. p. 492.

51. Quo bello vix composito contra Turcas gerit bellum Rom. imperator, 1739
quod *Pace Bellogradensi* A. c. 10100000. d. 18. Sept. finitur. V. *Hübneri* Suppl. ad
h e p. 716. Eodem tempore & loco pax restituitur inter Ruffos & Turcas, cuius
articuli extant in *Hübneri* Suppl. l. c. p. 831.

AK Tm 709 x3456083 1018

32. Defuncto Carolo VI. Rom. imp. non Germania solum, sed Italia, Gallia, Scotia, Belgiumque flamma belli exardet, quae quidem Pace *Vvratilauensis* A. clo Ioccc xxxvii, d. 27 Iun. Pace *Fuessina* A. clo Ioccc xxxv. d. 18 April. & Pace *Dresdensi* A. clo Ioccc xxxv. d. 25. Dec. mitigatur & tandem hoc anno d. 13 Octobr. Pace *Aquisgranensi* extinguitur, totique Europae, Russis & Suecis A. clo Ioccc xxxviii d. 27. Iun. antea pace *Abuens* pacatis, iam diu desiderata redditur tranquillitas. Faxit Deus, vt hoc pacis foedus nunquam rumpatur, sed perpetuo conferuetur. Quoniam vero quaelibet pax Imperii Rom. Germ. & praesens Aquisgranensis fundamentum ponit in pace Westphalica, aequum piumpque est, vt etiam illius saecularememoriam celebremus Deoque pro restituta pace Aquisgranensi deuotissimis precibus offeramus. Quod pietatis officium iuuenes quidam optimaespei exsequi publice conabuntur & quidem

- I. *Christoph. Fridericus Grassius*, Chemnicensis, de bello dicet *latine*.
- II. *Ioan. Wilb. Klimperus*, Röhrsdorf, bella domini recenset *hebraice*.
- III. *Ioan. Gottlob. Heynius*, Kirchhayn. Lusat. Bellum tricenarium carm. eleg. *latino* deplorabit.
- III. *Christ. Frid. Kaesemodelius*, Chemn. de pace aget *graece*.
- V. *Christ. Frid. Nörberus*, de Pace Westphalica perorabit *vernacula*.
- VI. *August. Frid. Schreiberus*, Annaemont. Pacem Aquisgranensem praesentem carmine *teutonico* decantabit.

Vos igitur, *Patroni & Fautores*, sollempnitati huic hora IX. instituentiae beneuole interesse vt velitis, summa animi pietate rogo atque obtulor. Quod beneuolentiae erga nos documentum gratissima mente laudabimus, praedicabimus. P. P. Chemnicii, d. VII. Dec.

A. R. S. clo Ioccc xxxviii.



nc



Inches

Centimetres

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black



44

paucis composition. europaeae
Westphalica

II m
709

AD

RIAM. SAECVLAREM

ESTPHALICAE

ENTVM. ANNOS. FACTAE

IONIBVS. PVBLICIS

BR. A. R. S. dō Io CC XXXVIII.

CELEBRANDAM

I R O S

VM REVERENDOS. EXCELLENTIS-

ILISSIMOS. IVRIS, CONSVLTISSIMOS

ISSIMOS. PRVDENTISSIMOS. QVE

S. SCHOLAE. GRAVISSIMOS

E. PATRONOS. ET FAVTORES

VI. PAR. EST. OBSERVANTIA

INVITAT

ES. GEORGIVS. HAGER

RECTOR.

CHEMNICII

PERIS, STOESSELIANIS,

BIBLIOTHECA
UNIVERSITATIS
CHEMNICAVIANA

UNIVERSITÄT CHEMNIC
BIBLIOTHEK